Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ceteri in acie. in castris. in fuga. insatiabi
li ira victoris consumpti sunt. C. qq; carbo
consul alter ab arimino in sicilia fugit. et
ibi p gneum pompeium interfectus est. Quem
adolescentem sylla atq; annos unum et xxx na
tum. cognita eius industria tantis exercitib;
pfecerat. ut sedes a sylla haberet. Occiso ergo
carbone sicilia pompei recepta. transgressus
inde ad affricam domicium mariane partis
duce et iarbam regem mauritanie qui domi
cio auxilium ferebat occidit. Post hec sylla
de mitridate ingenti gla triumphauit. gn
eia pompei qd nulli romano tributum
erat. qrtum et uicesimum annum agens de affri
ca triuphauit. Hunc finem habuerunt duo
bella funestissima. italicum q et sociale dictum
et ciuile. quae ambo tracta sunt p annos x.
Consumpserunt autem plq. c. l. hominum uiros
consulares. xxiii. pretorios. viii. edilicios lx. se
natores fere. cc. Post hec tam sylla mortuo
lepidus mariane partis adversus catulum syla
num ducem consurgens bellum reparauit. Bis